COn ficitur ſic Capita papaueris in [illegible] ponātur q̄ bene cohoperiantur: ⁊ per tres dies dimittātur ibi: ⁊ in tali aqua vſq; ad terciā partē bulliant/poſtea colētur: ⁊ in illa colatura ponatur. ℔.j. mellis myrthini ⁊ [illegible] melle ſupradicta admiſceantur/doſis ei⁹ eſt..ʒ.iiij.vel.vj.

## ¶ Confeccio mellis myrthinj.

REcipe mellis diſpumati ——— .℔.ij:
Succi myrthillorum ——— .℔.j.
Coquantur ad ſucci conſumptionem: ⁊ poſtea coletur.

## ¶ Roſata Nouella Secundū. Nicolaum

REcipe Roſarum
Sacchari albi
Liquiricie. Añ.℥.j.ʒ.j ℈.ij.⁊.ß.
Cinnamomi ——— ʒ.ij..℈.ij.⁊.g.ij.
Garyophyllorum
Spicenardi
Zingiberis
Galange
Nucis muſchate
Zeduarie
Styracis calamite
Cardamomi
Seminis apij ——— Añ.℈.j.⁊.g.viij.
Mellis quantum ſufficit

## ¶ Rubea trochiſcata. S. Nicolaum.

REcipe liquiricie
Cinnamomi
Se.papaueris albi. Añ.℈.ß.℈.j.⁊.g.v.
Croci
Roſarum
Seminis hyoſcyami albi

Seminis apij———————— Añ.ʒ.ij.ꝛ.g.xv.
Spice nardi
Violarum—————— Añ.ʒ.j.g.vij.ꝛ.ß.
Garyophyllorum
Styracis Calamite
Opij thebaicj———————— Añ.ʒ.ß.
Trochiſcorum Crocj magnetis
Trochiſcorum hydiochrj
Myrrhae
Seminis Aniſi———————— Añ.g.xv.
Mellis Roſati quantum ſufficit

¶ Requies galeni. S. Nicolaum.

Recipe Roſarum
Violarum———————— Añ.ʒ.iij.
Opij.thebaici
Seminis hyoſcyami
Miconij.i.papaueris albi
Radicis Mandragore
Seminis ſcariole
Seminis lactuce
Seminis portulace
Seminis pſyllij
Nucis muſcathe
Cinnamomj
Saccharj albi———————— Añ.ʒj.ꝛ.ß.
Sandali albi
Sandali Rubei
Sandali muſchacellinj
Spodij
Tragacanthj———————— Añ.℈.ij.ꝛ.g.v.

Mellis quantum ſufficit

¶ Therſaca magna galeni.S. Nicolaum

Recipe Tro. Scylleticorũ .ʒ.ij.⁊.℈.ij.
Piperis longi ———— .ʒ.ij.
Trochiſcorum thirorum
Trochiſcorũ diacoralli; Añ.ʒ.ſ.⁊.℈.ſ.
Xilo balſami ———— ℈.ij.⁊.g.vij

Opij
Agarici fœminini
Roſarum
Radicis Jreos
Scordij
Seminis Rape Cyluaticę
Cinnamomi
Opobalſami ———— Añ.℈.j.⁊.g.xiiij.
Rha barbari.
Croci
Spicę nardi
Coſti
Squinanti
Zingiberis
Caſſiae ligneę
Styracis Calamitę
Myrrahę
Terebynthinę
Thuris maſculini
Dictamni
Calaminthes
Sthæcados arabici
Polij
Radicis pentaphyllonis
Seminis petro ſelini
Piperis albi ———— añ.℈.i.⁊.g.vij.

Follij
Gummi Arabici
Radicis acori
Chalcanti vſti
Serapini
Terre ſigillatę.Seu.boli
Succi Hipoquiſtidos
Spicae Celticę
Chamædryos
Radicis Gencianę
Radicis meu
Carpo balſami
Seminis amomi
Seminis apij
Seminis Marathri
Carui Agreſtis
Seminis ſeſelis
Seminis naſturci
Seminis aniſi
Hipericonis
Mumie
Caſtorei
Opopanacis.
Aſphalti
Galbani
Centaureę minoris
Ariſtolochie longe
Dauci:ſyluaticj ———————— .Añ.Ʒi.
Mellis quantum ſufficit

¶ Catarticũ imperiale. Secundum. Nicolaũ.

REcipe Diagridij
Sacchari albi ——— Añ. ʒ. iiij. ꝛ. ß.
Cinnamomi
Spicę Nardi
Radicis Saxifragię ——— Añ. ʒ. iij.
Radicis Polypodij ——— ʒ. iiij.
Garyophyllorum
Zingiberis
Spicę Celticę
Mellano piperis
Macropiper.s
Cardamomi
Seminis amomi ——— Añ. ʒ. j. ꝛ. ß.

Mellis quantum ſufficit.

¶ Trifera magna. Secundum. Nicolaum.

REcipę Opij ——— ʒ. ij.
Cinnamomi
Garyophylloꝝ
Galangę
Spicę nardi
Zeduarię
Zingiberis
Radicis Coſti
Styracis calamitę
Calami aromatici
Cyperi
Radicis Ireos
Radicis Peucedani
Radicis acori
Mandragorę
Spicę Celticę

Roſarum
Piperis
Seminis aniſi
Seminis apij
Petro Macedonici
Seminis fœniculi
Seminis dauci
Seminis hyoſcyami albi
Seminis ocimi
Seminis Cymini —————— Añ. ʒ. ſ.
Mellis quantum ſufficit

¶ Theodoricon hyperiſton. S. Nicolaum.

Recipe Alloes hepatici. ʒ. iij. ⁊. g. iiij.
Cinnamomi
Chamedryos
Radicis acori —————— Añ. ʒ. iij.
Croci orientalis
Caſſię ligneę
Rha Pontici —————— Añ. ʒ. ij. ⁊. g. xvj.
Agarici —————— ʒ. ij. ⁊. ſ.
Spicę nardi
Radicis coſti
Maſticis
Aſari
Silphij
Scyllæ aſſatæ
Ammoniaci
Bdellij
Ellebori nigri
Hypericonis
Epithymi
Polypodij

Succi braſſicę
Piperis albi
Piperis longi ———————— Añ.ʒ.j.z.ß.
Squinanthi
Zingiberis
Smyrnæ
Myrobalanorꝝ Citrinorꝝ
Pulpæ Colochynthidis
Serapini
Opoponacis
Castorei
Abſinthij
Arystolochiæ longę
Petroſelini
Radicis gencianę
Amomi ———————— A j.℈.ij.
Dia zridii
Piperis nigri ———————— Añ ℈.j.
Mellis quantum ſufficit.

¶ Tria ſandali. Secundum Nicolaum.

REcipe Sandali albi
Sandali Rubei
Sandali citrini
Roſarum
Sacchari ———————— Añ.Solidos.ij.
Rha Barbari
Spodii
Succi liquiricię
Seminis portulacę —— Añ.Solidũ.j.z.ß.
Ampli
Gummi Arabici
Tragacanthi
Seminis Citrulli

Seminis melonūm
Seminis Cucumeris
Seminis cucurbitarum
Seminis Scariolæ ——— Añ. Solidũ. j.
Camphore ——— ʒ. ſ.
Syrupi roſarum quantum ſufficit

¶ Diacalamenthum. Secundũ. Nicolaũ.

Recipe calaminthes fluuialis recentis
Pullegij montani
Hyſſopi ſicce
Piperis nigri
Seminis ſeſelis
Seminis petroſelini ——— Añ. ʒ. iij. ⁊. ℈. ſ.
Seminis liguſtici ——— ʒ. j. ⁊. ℈. j.
Seminis apij ——— ℈. j.
Seminis ammios
Sumitatum thymi
Seminis anethi
Cinnamomi ſubtilis
Zinziberis ——— Añ. ℈. ſ.
Trita Incorporentur cum. ℔. j. mellis diſpumati.

¶ Diatragacanthum calidum. Se. Nicolaum.

Recipe Tragacanthi ——— ℔. ſ.
Hyſſopi
Amygdalorum
Pinearũ remollitarũ cũ vino albo
Seminis lini aſſi ——— Añ. ʒ. iij.
Fœnigreci
Cinnamomi ſuptilis ——— Añ. ʒ. ſ.
Zinziberis albi

Liquiricię raſę
Succi liquiricię ——————————— Añ. ℥. j.

¶ Conficitur ſic tragacāthum infuſum in aqua: extorque per linteum: & cum melle diſpumato. lb. j. vſque ad ſpiſſitudinem continue; cū ſpathula agitando coquatur in igne lento: quo ab igne depoſito puluis ſpecierum ſupradictarum addatur.

## ¶ Dia niſon Secundum Alben Meſuem.

Recipe aniſi ——————————— ʒ xx.
Liquiricię
Maſticis ——————— Añ. ʒ. viij.
Zingiberis
Radicis galangę
Cinnamomi
Seminis marathri
Macis
Seminis carui ——————————— Añ. ʒ. v.
Calaminthes
Caſſię lignee
Radicis pyrethri
Piperis albi
Piperis nigri
Piperis longi ——————————— Añ. ʒ. ij.
Quibebarum
Garyophyllorum
Cardamomi
Spicę nardi
Croci ——————————— Añ. ʒ. j. & ſ.
Sacchari ——————————— ℥. ij.
Mellis quantum ſufficit

## ¶ Dia hyſſopum Secundum nicolaum.

Recipe hyſſopi ſicci
Radicis yreos
Thimi
Piperis ——————————— Añ. ʒ. xxx.

Glichonis
Thymbræ
Pegani.i.ruthe ſilueſtris
Cymini——————————— Añ.ʒ.ıı.
Carnis dactylorum
Caricarum pinguium
Uuarum paſſarum Enucleatarum
Liquiritię raſę
Seminis marathri————— Añ.ʒ.ı.
Zingiberis
Seminis aniſi
Seminis carui
Seminis liguſtici————— Añ.ʒ.v.
Mellis quantum ſufficit.

¶ Benedicta Secundum Nicolaum.

Recipe Turbith albi gummoſi
Sacchari albi————— Añ.ʒ.ı.
Hermodactylorum
Diagridij
Roſarum rubearum ————— Añ.ʒ.v.
Garyophyllorum
Spicę nardi
Zingiberis
Croci
Radicis ſaxifragię
Seminis petroſelini
Piperis longi
Amomi
Seminis apij
Salis gemmę
Galangę
Macis

Seminis carui
Agarici fœminini
Seminis marathri
Seminis ſparagi
Seminis bruſci
Seminis milij ſolis———————— Añ.ʒ.ſ.
Mellis diſpumati quantum ſufficit

## ¶ Confectio Nere Secundum. Nicolaum.

REcipe Ambræ orientalis———— ℥.j.
Ligni aloes———————— ʒ.iij.
Muſchi———————— ℈.ß.
Camphoræ———————— g.v.
Conficiatur vt in dicto antidotario dictum eſt.

## ¶ Puluis leticiæ Galeni Secundũ Nicolaum.

REcipe Croci
Zeduariæ
Xilobalſami
Garyophyllorum
Ocimi
Corticis citri ſicci
Galangæ
Macis
Nucis muſcathe
Styracis calamite.———— Añ.ʒ j.ſ.g.xv.
Camphoræ
Ambræ
Oſſis de corde cerui
Muſchi———————— Añ.g.xv.
Aniſi
Raſuræ eboris
Thimi
Epithymi
Margaritarum———————— Añ.ʒ.ß.

Auri puri
Argenti meri ———————— Añ. ℈. v.
Miſce et fiat puluis vt decet.

¶ Confectio dia Satyrion Secundū Nicolaū.

Recipe Teſticulorum Satyrionū recentium
Baucie
Nucis Indice
Piſtacearum
Secacul
Pinearum enucleatarum ———— Añ. ℥. xij.
Caryophyllorum
Zingiberis
Seminis aniſi
Seminis eruce
Seminis lingue auis ———— Añ. ℥. v.
Cinnamomi
Caudarum ſtincorum recentium
Seminis bulbi ———— Añ. ℥. ij. & ß.
Muſchi ———— ℈. vij.
Conficitur ſic In tribus libris mellis diſpumati ponātur teſticuli ſatyrionū: et baucie: & ſecacul vnaquaeque per ſe in ſupradicto melle ponantur prius bene contrita: et bulliāt deinde addantur pinee piſtacie & nuces bene trite: et ab igne deponatur: et puluis predictarum ſpecierum miſceātur ad vltimum vero Muſchū diſtēperatum cū aq. ro.

¶ Confectio Dia ſatyrionis quā Dominus. Bernardus de Granolacho dedit: laudans cum plenitudine.

Recipe Auellanarum
Amygdalorū mundatorū. A. ℥. ß.
Nucis Iudice. ———— ℥. iij. ℈. ij. & ℈. v
Zingiberis
Piperis longi ———— Añ. ℥. iij.
Seminis baucie
Seminis bulbi
Seminis rape ———— Añ. ℥ ij. & ß.

Radicum Iringuorum confectorum
Teſticulorum vulpis confectorum — Añ.℥.ſ.
Seminis erucę
Staphiſagrię ——————— Añ.ʒ.ij.&.ſ.
Cantarum ſtincorum recentiũ cũ renibus.℥.ſ.
Conficiãtur cũ ſyrupi d' zingiberet: & aq̃ vitę añ partib⁹ eq̃lib⁹ ad modũ opiate addat granoꝝ pini ſilueſtris.℥.ſ. Et eũtidormitũ del.

## Philonium Romanum Secundum Auicennam quinto canonis.

Recipe Leuco piperis
Seminis hyoſchami albi. Añ.aur.xx.
Opij Thebaici ——————— Aur.x.
Croci ——————— Aur.v.
Euphorbij
Spicę
Pyrethri ——————— Añ.aur.j.
Caſtorei
Zeduarię
Doronigi
Margaritarũ nõ perforatarũ
Scil.i.papaueris albi ——————— Añ.ʒ.j.
Mellis deſpũati quãtũ ſufficit doſis ei⁹ eſt ſicut cicer cũ aq̃ tepida.

## Philonium Perſicũ Secundũ Auicenam.

Recipe Piperis albi
Hyoſcyami ——————— Añ.ʒ.xx
Opij Thebaici
Terrę ſigillatę ——————— Añ.ʒ.x.
Croci ——————— ʒ.v.
Euphorbij
Spicę
Pyrethri ——————— Añ.ʒ.ij.

Caſtorei ———————— ʒ.j.
Zeduarię
Doronigi
Margaritarum non perforatarum
Muſchi ———————— Ana ℥.ß.
Camphorę ———————— gr.xv
Mellis quantum ſufficit: doſis eius eſt. ʒ.j. cū eo quod convenit

¶ Confectio Cordialis Gentilis In conſiliis:
Conſilio primo ad defectū cordis ex frigiditate

Recipe Margaritarum ʒ.i.et ß.
Hyacintorum ———— ʒ.ß
Cinnamomi
Garyophyllorum
Macis ———————— Ana ℈.j
Limaturę Auri
Limaturę Argenti ———————— Ana ʒ.i.
Aquarosarum ———————— ℥.viii.
Sacchari albi. Quantum ſufficit.
Miſce et fiat confectio In tabulis: et deaurentur.

¶ Confectio Soluti. Gent. de Fulgineo poſita
A Joanne Michaele Savanarola capite de
Melancholia.

Recipe Myrobalanorum nigrorum. ℥ ij. et ß.
Myrobalanorum chebulorum. ℥.j.
Agarici optimi ———————— ℥.ß.
Sthecados Arabici
Chamędrios
Chamępiteos
Calaminthes
Abſinthij
Seminis Aniſi ———————— Ana. ʒ.ij.et ß.

Liquiricię
Bugloſſae———————————Ana. ʒ. vj.
Epithymi
Polypodij quercini
Senę ———————————Ana. ʒ. iij.
Prunorum
Iuiubarum——————Ana. Numero. xvj.
Fumiterre.———————————M. j.
Fiat decoctio cum ſufficienti aqua bulliāt vſq; ad conſumptionē tercie partis: et ponatur in ea.

Sapę
Sacchari ———————————Ana. lb. j.
Lapidis Lazuli loti et pręparati
Lapidis Armenici loti et pręparati
Ellebori nigri pręparati———— Ana. ʒ. ij.
Salis gemmę———————————ʒ. v.
Diagridij———————————ʒ. ij.
Miſce et fiat confectio.

¶ Confectio de Baccis lauri Secundum Ralim nono ad. Al. capite de cholica.

Recipe Foliorum rutę ſiccę ʒ. x.
Ammios
Cymini
Cheilim
Origani
Seminis carui
Seminis Alexandrini
Amygdalorum amarorum
Melano piperis

Mentaſtri
Seminis dauci
Radicis acori
Baccarum lauri
Caſtorei ——————— Aña.ʒ.ij.
Serapini ——————— ʒ.iij.
Opopanacis ——————— ʒ.ij.
Miſce et conficiantur cum melle.

¶ Confectio dia ferruginis Secundũ Raſim Nono ad Almãſorẽ capite de hæmorrhoidib⁹

Recipe Myrobalanorum Indorum
Myrobalanorum beleiricorum
Myrobalanorum emblicorũ. Aña.ʒ.v.
Spicę
Squinanthi
Cyperi
Zinziberis
Piperis
Ammios
Olibani ——————— Aña.ʒ.ij.
Scorię ferri infuſę in aceto per hebdomodam omni die mutando acetum poſtea torrefactę.ʒ.xv.
Conficiantur omnia cum melle Emblicorum et fiat confectio.

¶ Confectio Electurij letificantis Secundum Raſim nono ad.Al.capite de melancholia.

Recipe Melliſſę
Corticum citri
Caryophyllorum
Gallię muſchatę
Maſticis
Croci orientalis

Cinnamomi
Nucis muſchatę
Cardamomi
Nereſmich
Beeṅ albi
Beeṅ rubei
Zedūarię
Doronigi
Seminis ocimi maioris
Seminis ocimi garyophyllati —— Añ.ʒ.ſ.
Diulchi —————————— ʒ.vj.

Einde ſumantur myrobalanorū chebulorum Numero xx. myrobalanorū Emblicorū Numero.xxx.& terantur et in tribus libris aquę coquantur donec ad vnam.li.re deant et colētur in colatura vero addatur mellis.℔.j.deinde bulliant donec aqua conſumpta ſit Poſt ex hoc melle confiſciantur ſpecies predictę: quod tamen imponderetur triplum ad ſpecies doſis quantum auellane.

Confectio ad lumbricos Secundum dominum Jacobum de mallio

Ecipe Seminis Alexandrini ʒ.ij.
Cornu cerui vſti
Corticum granatorum Añ.ʒ.j.
Dictamni
Garyophyllorum
Rha Barbari ———— Añ.ʒ.ß.
Centonici ———————— ʒ.j.&.ß.
Cinnamomi ———————— ʒ.iiij.
Croci ———————— ʒ.ß.
Sacchari ———————— ℔.j.&.ß.
Miſce et fiat confectio ſolida cum aqua abſinthij vel graminis.

¶ Puluis dia Margaritonis frigidi. que fuit
proniſus a Clariſſimis Medicis huius alme Ciuitatis.

R Ecipe Sandali rubei
Sã. muſchacellini. Añ.ʒ.iiij.ꝛ.℈.ij.
Roſarum rubearum
Florum violarum
Florum nenufaris
Seminis acetoſe
Seminis melonum
Trochiſcorũ diarodonis ——— Añ.ʒ.ij.
Oſſis de Corde cerui. Numero.iiij.
Spodij
Spice
Croci
Margaritarum perforatarũ
Margaritarum non perforatarum
Sapphirorum
Hyacinthorum
Seminis endiuie
Sete crude ——— Añ.ʒ.ß.
Camphore ——— G.vj.
Ligni aloes
Raſure eboris lote ——— Añ.℈.ij.ꝛ.ß.
Corallij rubei ——— ʒ.ß.
Pannorum Auri ——— Numero.x.
Miſceantur et fiat puluis vt decet

¶ Confectio de hyacintho Secundum vſum
comunem Contra peſtem.

R Ecipe Hyacinthorum
Corallij rubei
Boli Armeni
Terre ſigillate ——— Añ.ʒ.iiij.ꝛ.ß.

Granetinctorum<br>
Radicis tormentille<br>
Radicis dictamni<br>
Seminis citri mundati<br>
Croci<br>
Myrrhae<br>
Roſarum rubearum<br>
Sandali rubei<br>
Sandali albi<br>
Sandali muſchaſellini<br>
Oſſis de corde cerui<br>
Cornu cerui vſti<br>
Seminis acetoſe<br>
Seminis portulace<br>
Raſure eboris preparate. —— Añ.℈.iij.<br>
Sapphirorum<br>
Smaragdorum<br>
Margaritarum<br>
Lapidis topacij<br>
Serici crudi<br>
Foliorum Auri<br>
Foliorum Argenti—————— Añ.℈.ij.<br>
Camphore————————— ℈.ſ.<br>
Muſchi<br>
Ambre crude ————————— Añ.g.v.<br>
Fiat confectio cum ſyrupo limonũ quãtum ſufficit doſis eius eſt ʒ.j.ꝛ.ſ.cum aqua buglosse et acetoſe

Pulu. Electãrij Reſumptiui.S.vſũ comunẽ.

Recipe Roſarum rubearum<br>
Liquiricie raſe<br>
Succi liquiricie

Seminis citrulli
Florum violarum
Garyophyllorum
Spodij
Zacchari Candi
Seminis melonum ——— Añ.ʒ.ß.⁊.g.vij
Rha Barbari
Ligni aloes
Macis
Sandali albi
Seminis cucurbitarum ——— Añ.℈.ß.
Nucis muſchatę
Gummarum
Ambrę ——— Añ.℈.ß.⁊.g.v.
Spicę
Sandali rubei
Tragacanthi
Seminis cucumeris
Styracis Calamitę
Florum boraginis
Zingiberis ——— Añ.ʒ.ß.
Gummi Arabici
Seminis cydoniorum
Seminis malue
Amygdalorum dulcium
Seminis lactucę
Seminis portulacę
Papaueris albi
Galangę
Pinearum
Sebeſten
Oſſis de corde cerui

Penidij
Folij
Piperis longi ——————— An. ʒ.j
Miſce et fiat puluis

## ¶ Theriaca de Citro Secundum vſum.

Recipe Seminis Citri ——————— .℥.iij.
Seminis acetoſę ——————— .ʒ.ij.
Raſurę cornu Cerui
Radicis dictamni
Seminis bombacis
Seminis cydoniorum ——————— An. ℥.ß.
Croci ——————— ʒ.ij.
Nucis ——————— ℥.vij.ʒ.vj.&.ß.
Miſceantur et cū ſyrupo acetoſitatis citri et agreſte fiat cōfectio vt decet.

## ¶ Limonata Smaragdorum Secundum vſū.

Recipe Smaragdorum orientaliū. ℈.ß.
Corallij rubei ——————— ʒ.ij.
Seminis peonię ——————— .ʒ.j.
Ligni aloes ——————— ℈.iiij.
Croci ——————— g.iiij.
Cinnamomi
Seminis acetoſę
Seminis citri ——————— An. ʒ.j.
Radicis peonię
Radicis dictamni
Viſci quercini
Granę tinctorum ——————— An. ʒ.j.&.℈.j.
Cornu Cerui vſti ——————— ʒ.j.
Seminis portulacę ——————— ʒ.ß.
Margaritarum ——————— ℈.ij.
Limonata mellis quantum ſufficit.

¶ Electuarium Imperatoris Secundũ vſum.

Recipe Euphorbij
Coriandri pręparati
Garyophyllorum
Nucis muſchatę
Piperis longi
Cubebarum
Galangę
Cardamomi
Cinnamomi Añ.ʒ.iii.
Ligni aloes
Macis Añ.ʒ.i ꝛ.ß.
Muſchi g.ij.
Mellis quantum ſufficit miſce et fiat confectio.

¶ Confectio Pape Joannis Secundũ.modernorum vſum

Recipe Macis
Garyophyllorum
Nucis muſchatę
Cinnamomi
Piperis longi
Cardamomi——————— Añ.ʒ.ij.
Ligni aloes ——————— .ʒ.j.
Turbith ——————— ʒ.iiij.
Seminis cartami ——————— .℥.j.ꝛ.ß.
Senę mundati
Auellanarum torrefactarum——— Añ.℔.ß.
Mellis diſpumati——————— .℔.ij.

¶ Electuarium dia Chalibyonis vſualę.

Recipe Limaturę chalybis pręparatę .℥.j.
Raſurę Eboris ——————— .ʒ.iiij.
Croci ortenſis ——————— .ʒ.ij.

Radicis canauere ——————————— ℥.j.
Corticis radicis caſque
Granorum criſomyloꝛum
Cicerum rubeorum ———— Añ.℥.viij.
Sauinę ——————————— ℥.j.
Sacchari
Auellanarum torrefactarum
Amygdalorum ———————— Añ.℥.iij.
Mellis ——————————— lb.j.
Miſceãtur et fiat Electuariũ vel confectio doſis.℥.j.mane:ꝛ ſero.

Puluis viſci aſpre quē habuimꝰ a magnifico domĩo Bernardo Caſaldouolo equite auraro Doctore Clariſſimo ac Barcinonenſis vniuerſitatis Jnclyto Cancellario.

Recipe viſci quercini
Peen albi
Radicis biſtortę ——— Añ ℥.j.
Fiat puluis

Puluis Reſtrectiuus magiſtralis.

Recipe Boli Armeni —— ℥.vj.
Florum roſarum
Florum balauſtiorum Añ.℥.ij.
Semininis mirthyllorum ℥.iij.
Thuris
Maſticis
Sanguinis draconis ———— Añ.℥.ij.
Nucis cupreci ——————— ℥.j.ꝛ.ß.
Cinnamomi
Caryophyllorum ———— Añ.℥.ß.
Miſce et fiat puluis.

Puluis Contra lumbricos Secundum vſũ.

Recipe Seminis lumbricorum. ℥.ß.
Foliorum abſinthij
Foliorum mentę

Foliorum Centonice —————— Añ. ʒ. iiij.
Seminis citri
Seminis acetoſe
Seminis portulace —————— Añ. ʒ. ß.
Radicis dictamni
Radicis tormentille
Raſure Eboris
Cornu cerui uſti —————— Añ. ʒ. ʒ. ij.
Corallij rubei —————— ʒ. ij.
Corticicis citranguli ſicci
Corticis citri ſicci
Croci oriantalis
Seminis limonum
Seminis lupinorum —————— Añ. ʒ. ij. et ß.

Miſceantur et fiat puluis

## Lohoch de pino.

REcipe granorum pini —————— ʒ. xxx.
Amygdalorum dulcium
Auellarum torrefactarum
Tragacanthi
Gummi Arabici
Radicis liquiricie
Succi liquiricie
Ampli
Capillorum veneris
Radicis lilij celeſtis —————— Añ. ʒ. iiij.
Dactylorum chepron —————— ʒ. xxv.
Amygdalorum amarorum —————— ʒ. iiij.
Mellis uuarum paſſarum
Zacchari Tabarzet
Butyri recentis —————— Añ. ʒ. iiij.
Mellis Tabarzet quantum ſufficit.

## ¶ Mel uuarum paſſarum Secundum Joanem Jacobum de Manlijs.

Recipe uuarū paſſarum mūdatap. ℥.iiij.
Aquę fontis ——— lb.j.

Coquantur Inſimul fere vſque ad conſumptionem aquę poſtea Coletur: et fiat fortis expreſſio: In cuius colatura addatur mellis boni: et diſpumati duplum ponderis pr̄dictę expreſſionis et coquātur ad ſpiſſitudinem mellis: Et vſui reſeruetur.

## ¶ Lohoch de papauere: et eſt diapapauer.

Recipe Papaueris albi —— ʒ.xxv.
Amygdalorum dulcium excorticatorū
Granorum pini
Gummi Arabici
Tragacanthi
Succi liquiricię ——— Añ.ʒ.x.
Ampli
Seminis portulacę
Seminis lactucę
Seminis cydoniorum ——— Añ.ʒ.iiij.
Croci ——— ʒ.ſ.
Penidiarum albarum ——— ℥.iiij.
Syrupus de papauere quantum ſufficit: ⁊ ſit proprie ſyrupus ex capitibus papaueris albi et nigri: et ſemine lactucę: et violis.

## ¶ Lohoch de Scylla.

Recipe Succi Scylle
Mellis diſpumati ——— Añ.lb.ſ.
Decoquantur in ſubſtantia lohoch: et accipiatur ſic lambendo.

## ¶ Lohoch bonum.

Recipe Papaueris
Spodij
Seminis lini torrefacti
Croci
Amygdalorum dulcium ——— Añ.ʒ.iij.

Amyli
Tragacanthi
Gummi Arabici
Seminum cydoniorum
Seminis citrulli ——— Añ.ʒ.vi.
Granorum naſturtij coctorum
Amygdalorum amarorum
Fabbarum ——— Añ.ʒ.i.⁊.ß.
Penidiarum ——— ʒ.lx.

Diſſoluantur penidię in aqua fontium: ⁊ coquantur: ⁊ conficiantur cum eis cetera doſis. ʒ.ij. cum aqua mellis.

¶ Lohoch Caulium Secundum Abenmeſuē In practica capite De tuſſi humida.

REcipe Succi Caulium ——— lb.v.

Lento igne Coque auferēdo ſpumā eius uſque dū redeat ad. lb.ij. deinde coquātur cum rob ⁊ mellis. Añ.ʒ.vj. uſq; dum ingroſſetur.

¶ Lohoch Sanū: et expertum. S Abēmeſuē.

REcipe Cinnamomi
Hyſſopi ſiccę
Liquiricię ——— Añ.ʒ.ß.
Jujubarum
Sebeſten ——— Añ. Numero. xx.
Uuarum paſſarum enucleatarum
Ficuum ſiccarum
Dactylorum pinguium ——— Añ.ʒ.ij.
Fenigręci ——— ʒ.v.
Capillorum veneris ——— Manipulum.j.
Aniſi
Fœniculi
Ireos
Calaminthes ſicci
Seminis lini ——— Añ.ʒ.iiij.

Hec omnia Coquātur in lb.iiij aquę uſque dū remaneāt. lb.ij. et proijciātur ſuper ea penidiarum. lb.ij. et coquātur: ⁊ impinguātur uſq; ad ſpiſſitudinem mellis deinde proijciātur ſuper eum.

Pinearum mūdatarum ———— ℥.v.
Amygdalorum mundatorum
Liquiriciȩ
Tragacanthi
Gummi Arabici
Ampli ———— Añ.℥.iij.
Ireos ———— ℥.ij.
Miſceãtur omnia: ⁊ agitētur vſque dū medicamē maceretur ⁊ album fiat Doſis eius eſt a.℥.v. vſque ad.x. ⁊ ſumatur lambendo.

¶ Dia Morō vl' Cōfectio demor̄. S. A. Me.

Recipe Expreſſionis mororū dulcium que currunt Secundum ſemitā ficus: ⁊ mororum de ceni Añ. .lī.j. ⁊ ß. rob: et mellis Añ. lī.j. Coquantur vt decet.

¶ Dianucum.

Recipe Succi exteriorū Corticū Nucū In diebus Canicularibus. lī. iiij. de quoque ipm bullitiōe vna deinde adde ei mellis. lī. ij. ⁊ decoque donec Impinguetur.

¶ Modus operationis Conditi de Cydonijs Et eſt Minus, Muſchata. Secundum Aben. Meſuem.

Recipe Succi Cydoniorū Acetoſoꝝ. lī.xx.
Vini antiqui boni ———— lī.x.

Coquantur Cum facilitate vſque dum conſumpta ſit eius tertia pars ſemper auferendo ſpumā eius: deinde Coletur: ⁊ dimittatur reſidere vt Clareſcat: ⁊ proijſce ſuper Illud Mellis boni ⁊ diſpumati .lī.vj. Et iterum bulliat: et auferatur eſpuma eius: et proijſciantur ſuper illud ſpecies Elefangine ligatȩ in panno ſuſpenſo ſuper illud Medicamen: et ſunt proprie.

Cinnamomi
Beil ———— Añ.℥.iij.
Garyophyllorum ———— ℥.ij.
Ligni aloes
Macis
Zingiberis
Maſticis ———— Añ.℥.j.⁊.ß.
Croci ———— ℥.ij.

¶ Omnia preter crocum terantur contrictione groſſa: Et ſuſpendatur in panno ſicut diximus: omni hora fricando illud ſuper medicamen donec fiat ei ſpiſſitudo. Deinde aromatizetur Cum.

| | |
|---|---|
| Malchi ———————— | ℈.j. |
| Gallię muſchatę ———————— | ʒ.ij. |

Et vſui reſerua.

## ¶ Confectio Minue Simplicis. S. Ab. Meſu.

RECipe Succi cydoniorum .lb.c.
Et ponantur in vaſe lapideo Et bulliat cum facilitate auferendo omni hora ſpumã eius vſque ad conſumptionem medietatis: deinde Coletur ꝛ dimittatur modicum reſidere ſicut ꝑ horas tres et proiciatur ſuper ipſum.

| | |
|---|---|
| Vini antiqui ———————— | lb.lx. |
| Sacchari tabarzet ———————— | lb.xxx. |

¶ Deinde coquantur ſuper prunas vſque dum ſpiſſitudinem habeant et vſui Reſerua.

## ¶ Saccharum Roſatum Secundũ Abẽ. M.

REcipe Foliorum roſarum albarũ aut rubearum quantitatem quam volueris: Et expandantur ſuper tabulã in vmbra vſque dum ſuperfluam humiditatis ipſarum reſoluatur et ſint ro.c habentes medietatem inter complimentum et acerbitatem Et terantur in vaſe lapideo. Deinde proijſciatur ſuper eas Sacchari tabarzet triplum ponderis earum: et reponantur in vaſe vitreato: ꝛ optureſetur os eius Cum pergameno ꝛ apponatur Soli Menſibus tribus omni die ſepe agitando illud deinde remoueatur a ſole et ſeruetur.

## ¶ Saccharum violatum Et eius operatio eſt ſicut Saccharum Roſatum.

## Saccharum bugloſatum Et eius operatio eſt ſicut Saccharum Roſatum.

## ¶ Cetere autem conſerue que fiunt ex floribus et Saccaro fiant huiuſmodi.

## Mel roſatum. S. A. m.

REcipe Foliorum roſarum preparatarum ſicut diximus ſuperius in ſaccharo roſato ꝛ ſint eiꝰ partes.ij. mellis boni partes.vj. Coquantur cũ facilitate ſicut oportet et vſui reſerua.

## Mel violatũ eodem modo fit ſicut mel roſatũ

¶ Mel bugloſatum Eodem modo fit Sicut mel roſatum.

¶ Mel Alchilil Eodem modo fit ſicut mel roſatum.

¶ Cetera autem Conſerue que fiunt ex floribus et melle fiant ſicut mel roſatum.

¶ Rodomel. Ideſt Mel Roſatum Colatum. S. Platearium et ſtefanum Arnaldum.

Recipe Succi roſarum—————lb. j.
Mellis diſpumati—————lb. iiij.
Miſceantur et bulliant fere vſque ad ſucci conſumptionem.

¶ Modus Caſiam fiſtulam preparandi Cum ſaccharo Secundum Arnaldum In ſua preſtatione capite de caſia fiſtula.

Recipe Caſie fiſtole munde—————lb. ij.
Panis ſacchari albi—————℥. vj.
Conficiantur Sic Accipiatur caſia fiſtula bene pinguis recenter a canna ſua extracta et a granis mundata. lb. ij. ponatur in cribro et cribrum ſuper orificium olle figuli vitreata dimidia aque: et exponatur ſuper ignem vt ex vapore aque caſiam vmectetur et cum cloqueario fortiter fricetur tali modo vt ſolum Scorſe in cribo remaneant et cum tali medulla munda. ℥ vi. Sacchari albi conmiſceantur et ſoli aponantur vt vmiditas conſumetur et boli confici valeant.

¶ Modus preparandi caſiam cum melle pro enematibus.

Recipe Prunorum enucleatorum
Vuarum paſſarum enucleatarum, Ana. lb. ß.
Seminis aniſi—————℥. iij.
Seminis fœniculi
Ordei mundi—————Ana. ℥. j. et ß.

Florum buglosse
Florum borraginis
Florum violarum ———————— Añ. ℥. iij.
Aqua fontis quantum ſuffici.

Miſce ⁊ fiat decoctio in cuius colature diſſoluā
tur. lī. iiij. Caſię fiſtule munde ſcanna ſua et cum. lī. j. ⁊. ß. mellis op
timi miſceantur et lento igne coquantur ad ſpiſſitudinem et reſer
uetur pro Enematibus.

## Decoctio Comunis medicinarum la xatiuarum diſſolutiua.

R Ecipe prunoꝝ damaſenoꝝ. N. xv.
Uuarum paſſarum —— ℥. j. ⁊. ß.
Liquiricię raſe ——— ℥. j.
Seminis aniſi ——— ℥. ß.
Seminis fœniculi ——— ʒ. iij.
Florum violarum
Florum buglosse
Florum borraginis ———— Añ. ℥. ij.
Aqua fontis quantum ſuficit.
Miſſe et fiat decoctio.

## Decoctio Comunis Enematis vſualis.

R Ecipe foliorum maluarum
Foliorum cicle
Foliorum mercurialis
Foliorum brancę vrſinę
Foliorum violarie ———— Añ. M. j.
Seminis aniſi
Seminis fœniculi ———— Añ. ℥. ß.
Aquę fontis quantum ſufficit.
Miſſeantur et fiat decoctio.

# De Syrupis.

## Julep de infuſione Roſarum. S. Ab. Meſu.

REcipe Aquę infuſionis Roſa. lb. x.
Sacchari albi ——— lb. iij.

Coquantur cum facilitate ⁊ adminiſtretur cum aqua frigida.

## Julep de Infuſione violarum.

Eius operatio eſt ſicut Julep de infuſione roſarum.

## Operatio Infuſionis roſarum et violarum

REcipe foliorum roſarum Aut violarum recentium et pręparatarum ——— lb. vj.

Ponantur In vaſe vitreato terreo ſtricti orificij ⁊ fundātur ſuper eas aquę Calidę lb. xv. et ſtringatur oriſicium vaſis ⁊ dimittatur per horas. viij. poſtea colletur: et in vaſe iterum tantundem foliorum roſarum recentium aut violarum mittantur: et de nouo eadem aqua iterum calefacta ſuper eas mittatur: ⁊ ſtringatur oriſiciū vaſis ſimiliter per horas: viij. et deinde iterum coletur.

Et Si conſeruare volueris ponatur in vaſe vitreato ſtricti orificij: et diſtilletur oleū in orificio eius: et ſtringatur caput eius: et exponatur ſoli dieb᷑. xxx. Et dicitur illud Mucharus roſarum: vel violarum.

## Julep de infuſione roſaꝝ ſiccaꝝ S Plateariū.

REcipe Aquę infuſionis. Roſa. ſiccaꝝ lb. v.
Sacchari albi ——— lb. iiij.

Coquantur cum facilitate ⁊ adminiſtretur vbi oportet.

## Julep Roſatum ſimplex. Sec. Aben. Meſuem.

REcipe Aquę roſarum ——— lb. iij.
Sacchari albi ——— lb. ij.

Fiat Julep.

### Julep Roſatum ſimplex. S. Albe. Meſuē.

RE̲cipe Aquę Roſarum ———— lb. iij.
Sacchari albi ———— lb. ij.

Fiat Julep.

### Julep de ſucco Violarum. S. A. Meſuem.

REcipe Succi violarum ———— lb. iij.
Sacchari ———— lb. ij.
Fiat Julep.

### Syrupus de bugloſſę Simplicis.

REcipe Aquę bugloſſę ———— lb. iij.
Sacchari albi ———— lb. ij.
Fiat ſyrupus.

### Syrupus de ſucco Acetoſę. S. A. Meſuem.

Et eius modus eſt ſicut Syrupus d̄ ſucco violarum vt ſupra.

### Syrupus de Corticibus Citri. S. Albe. M.

REcipe Corticum pomorum Citri recētium. lb. j. de coque cum aquę fontis. lb. v. vſque ad conſumptionem duarum partium: et cum Sacchari albi. lb. j. Fiat ſyrupus: ⁊ condiatur cum muſchi granis. iiij.

### Syrupus acetoſitatis citri. S. Alben Meſuem.

REcipe Succi acetoſitatis Citri ———— lb. xij.
De coque in vaſe vitreato ſuper prunas cū facilitate vſque dū conſumatur tertia pars ipſi⁹ deīde coletur Et dimittatur donec clarificetur Et accipe ex eo quod clarum eſt. lb. xvij. Et ſide ſuper ipſū ex Julep claro et depurato. lb. v. ⁊ coquatur donec inſpiſſetur Si autē eſtas fuerit dimittatur in ſole donec eius aquoſitas conſumetur.

¶ Syrupus de Agreſta. S. Aben Meſue em.

Et modus operationis eius eſt ſicut ſyrupus de acetoſitate citri.

¶ Syrupus vinarij Sine Aceto. S. Aben M.
Et eius interpretacio eſt Syrupus de bizantijs

R Ecipe Succi endiuię
Succi apij ——— An. lb. ij.
Succi lupuli
¶ Succi borraginis vel buglosſę. ——— An lb. j.
Bulliant bullitione vna: ⁊ diſpumentur ⁊ depurentur.
Et accipę eius clarificati ——— lb. iiij.
Sacchari albi ——— lb. ij. ⁊. ß.
Et coquantur cum facili igne donec fiat ſyrupus.

¶ Syrupus vinarij Cum. Aceto. S. A. Meſu.

R Ecipe Succi Endiuię
Succi apij ——— An. lb. ij.
Succi lupuli
Succi borraginis vel buglosſę ——— An lb. j.
Bulliant Ebullicione vna et diſpumentur et depurentur
Et accipe eius clarificati ——— lb. iiij.
Aceti vini albi ——— lb. ij.
Sacchari tabarzet ——— lb. ij. ⁊. ß.
Fiat ſyrupus.

¶ Syrupus Acetoſus ſimplicis. S. A. Meſuę.

R Ecipe Sacchari boni albi ——— lb. v.
Aquę fontis dulcis et clarę ——— lb. iiij.
Coquātur in vaſe lapideo ſēper abiiciēdo ſpumā ei⁹ ⁊ ſit ignis in quo decoquantur ignis prunorū aut tenuis flāme et ſine fumo: et decoque hoc modo donec clarificetur ⁊ diminuta ſit aqua ſicut medietas ei⁹ Deinde fūde ſuper ipſū Aceti vini albi clari lb. ij. in leui: et in forti: lb. iiij. Et in mediocri. lb. iij. Et coque donec perficiatur Et ſit doſis eius ab. ℥. j. vſque ad. iij. cum aqua frigida.

## Syrupus acetoſus De radicibus. S. A. M. e.

R Ecipe Aque fontium clare. lb. x.
Radicis foeniculi
Radicis apij
Endiuie ———————— Añ. ℥. iij.
Seminis anisi
Seminis foeniculi
Seminis apij ———————— Añ. ʒ. viij.
Seminis endiuie ———————— ʒ. ß.

Coquantur cum facilitate vſque dum deueniat ad. lb. v. tunc colle-tur: et proijſſe ſuper ipſam colaturā ſacchari boni. lb. iij. et clarificetur ſicut prius deinde funde ſuper ipſum Aceti boni quantitatē ſufficientem iuxta modum ſuperioris doctrine et da vbi oportet.

## ¶ Syrupus de Papauere ſimplicis. S. Aben.

R Ecipe Capitum Papaueris albi
Capitum Papaueris nigri Añ. ʒ. lx.

Decoquātur in libris. iiij. aque pluuialis vſq3 dū redeat ad. lb. j. et ß et cū zaccharo albo: et penidiarum. Añ. ℥. iij. fiat ſyrupus.

## ¶ Syrupus de papauere Compoſitus S. A. m.

R Ecipe Papaueris albi
Papaueris nigri ———— Añ. ʒ. l.
Capillorum veneris ———— ʒ. xv.
Liquiritie raſe ———————— ʒ. v.
Iuiubarum ———————— Numero. xxx.
Seminis lactuce ———————— ʒ. xxxx.
Seminis malue
Seminis Cydoniorum ———— Añ. ʒ. v.

Coquantur in. lb. iiij. aque vſque ad duas: et cum ſacchari et penidiarum. Añ. ℥. viij. fiat ſyrupus.

¶ Syrupus de Mentha. S. Aben Meſuem. Inventione noſtra: et eſt excellentior.

Recipe Succi Cydoniorum muſorum
Succi cydoniorum dulcium
Succi granatorum acetoſorum
Succi granatorum dulcium
Succi granatorum muſorum
Menthe ſicce——— Añ. lb. j. ⁊ ß.
Foliorum roſarum ſiccarum——— ℥. ij.

Miſceantur Et dimittantur per diem ⁊ noctẽ in olla terrea vitreata deinde coquãtur cũ facilitate uſq; ad mediũ ⁊ cum zacchari albi vel mellis lb. ij. fiat ſyrupus: et aromatizetur cum galia.

¶ Syrupus de Abſinthio, S. Aben Meſuem

Recipe Abſinthij Romani——— lb. ß.
Foliorum roſarum——— ℥. ij.
Spice nardi——— ʒ. iij.
Vini albi antiqui boni ⁊ odoriferi
Succi cydoniorum Añ. lb. ij. ⁊ ß.

Dimittant͛ per diẽ ⁊ noctẽ in vaſe lapideo: deinde coquãtur cũ facilitate uſq; ad medietatẽ: et cũ lb. ij. ſacchari vel mellis fiat ſyrupus.

¶ Syrup⁹ de fumoterre maior. S. A. Meſuẽ.

Recipe Myrobalanorum citrinorum
Myrobalanorum chebulorũ. Añ. ʒ. xx.
Florum boraginis vel bugloſſe
Florum violarum.
Seminis cuſcute——— Añ. ℥. ß.
Liquiricie raſe
Florum roſarum——— Añ. ℥. ß.
Epithymi
Polypodij——— Añ. ʒ. vij
Abſ[illegible]——— ℥. j.

Prunorum ———————— Numero.c.
Uuarum paſſarum enucleatarum.——— ℔.ß.
Tamarindorum
Caſſie fiſtule ———————— Añ.℥.ij.

Hec omnia bulliant in aqua.℔.x.uſque dum deueniat ad.℔.iiij.z cū ſucci fumiterre cocti et depurati et ſacchari Tabarſet Añ.℔.iij.fiat ſyrupus.

## Syrupus de Fumoterre minor.S.A. Me.

REcipe Myrobalanorū citrinorum.℥.ij.
Florum violarum
Seminis cuſcute
Abſinthij ———————— Añ.℥.j.

Coquantur cum libris ſeptem aque uſque ad terciam partem.

Succi fumiterre cocti et depurati
Sacchari albi ———————— Añ.℔.ij.
Miſce et fiat ſyrupus Clarificatus.

## Syrupus de liquiricia. S. Abem Meſuem.

REcipe Liquiricie ———————— ℥.ij.
Capillorum veneris ———————— ℥.j.
Hyſſopi ſicce ———————— ℥.ß.
Aque fontis ———————— ℔.iiij.
Et dimittantur die ac nocte deinde coquātur uſque ad mediā partē deinde proijce ſuper illud ſacchari penidiarū z mellis.Añ.℥.viij. aque roſate.℥.vi.fiat ſyrupus et adminiſtretur.

## Syrupus de Hyſſopo S.Abem.Meſuem.

REcipe Hyſſopi ſicce
Radicis apij
Radicis feniculi
Radicis liquiricie ———————— Añ.℥.x.
Ordei mundi ———————— ℥.ß.

Seminis maluę
Tragacanthi
Seminis cydoniorum ——— Añ.ʒ.iij.
Capillorum veneris ——— ʒ.vj.
Iuiubarum
Sebeſten ——— Añ.Numero.xxx.
Uuarum paſſarum ——— ʒ.xij.
Ficuum pinguium ſiccarum
Dactylorum pinguium ——— Añ.Numero.x.
Albarum penidiarum ——— lb.ij.
Miſce et fiat ſyrupus.

¶ Syrupus de Praſſio.S.Aben Meſuem.

Recipe praſſij ——— ʒ.ij.
Hyſſopi
Capillorum veneris Añ.ʒ.vj.
Liquiricię ——— ʒ.j.
Calaminthes
Seminis aniſi
Radicis apij
Radicis fœniculi ——— Añ.ʒ.v.
Seminis maluę
Seminis fœnigręci
Radicis Ireos ——— Añ.ʒ.iij.
Seminis lini
Seminis cydoniorum Añ.ʒ.ij.
Uuarum paſſarum enucleatarum. ——— ʒ.v.
Ficuum ſiccarum pinguium Numero.xv.
Penidiarum
Mellis boni et diſpumati ——— Añ.lb.ij.
Miſce et fiat ſyrupus.

Syrupus de Calaminthes. S. A. Meſue.

Recipe Calaminthes domeſtice
Calaminthes ſilueſtris An. ℥. ij.
Cheilim
Seminis dauci
Squinanthi ——— An. ʒ. v.
Uuarum paſſarum enucleatarum ——— lb. ß.
Mellis ——— lb. ij.
Miſce et fiat ſyrupus.

Syrupus de thymo. S. Aben Meſuem.

Recipe Extremitatum thymi, ℥. iiij.
Calaminthes
Menthe ſicce ——— An. ʒ. v.
Seminis aniſi
Seminis fœniculi
Seminis apij
Seminis dauci ——— An. ʒ. iij.
Uuarum paſſarum enucleatarum. ——— ʒ. iij.
Miſce et cum mellis. lb. ij. fiat ſyrupus et aromatizetur cum galie. ʒ. ij.

Syrupus de Epithymo. S. Aben Meſuem.

Recipe Epithymi cretenſis ℥. x.
Myrobalanorum citrinorum
Myrobalanorum Indorum An. ʒ. xv.
Seminis Cuſcute
Seminis fumiterre ——— An. ʒ. x.
Thymi
Calaminthes
Florum bugloſſe
Mirobalanorum emblicorum
Mirobalanorum belliricorum
Radicis liquiricie raſe

Polypodij quercini
Agarici foeminini.
Florum ſthecados —————— Añ.ʒ.vj.
Florum roſarum
Seminis foeniculi
Seminis aniſi —————— Añ.ʒ.ij.⁊.ß.
Prunorum —————— Numero.xx.
Uuarum paſſarum enucleatarum —— ℥.iiij.
Tamarindorum —————— ℥.ij.⁊.ß.
Sacchari Tabarſet —————— lb.iij.
Rob vini —————— lb.ij.
Miſce et fiat ſyrupus.

¶ Syrupus de ſthecados. S. Aben Meſuem.

Recipe Florum ſthecados Arabici.ʒ.xxx.
Praſſe
Calaminthes
Origani —————— Añ.ʒ.x.
Seminis aniſi
Pyrethri —————— Añ.ʒ.vij.
Piperis longi —————— ʒ.iij.
Zingiberis —————— ʒ.ij.
Uuarum paſſarum enucleatarum —— ℥.iiij.
Mellis —————— lb.v.
Condias cum cinnamomo
Calami aromatici
Spicę nardi
Croci
Zingiberis
Piperis nigri
Piperis longi —————— Añ.ʒ.j.⁊.ß.
Liga in panno raro et ſuſpende in ſyrupo. Doſis eius eſt.℥.j. cum aqua decoctionis ſpicę et alchilil.

## Syrupus de Juiubis ſimplicis.S.Abe.M.

R Ecipe Juiubarum magnarũ pinguiũ .N.c.
Aquę pluuialis ——— lb.iiij.
Sacchari tabarzet ——— lb.j.
Decoquãtur Juiube cũ prędicte aque vſque dum remaneant lb.ij.
Et cum prędicto ſaccharo fiat ſyrupus.

## ¶ Syrupus de Juiubis compoſitus.S.A.M.

R Ecipe Juiubarum. Numero .lx.
Florum violarum
Seminis maluę ——— Añ.ʒ.v.
Capillorum veneris ——— ʒ.j.
Seminis cydoniorum
Seminis papaueris
Seminis melonum
Seminis lactucę
Tragacanthi ——— Añ.ʒ.iij.
Liquiritię
Ordei mundi ——— Añ.ʒ.viij.
Aquę fontis ——— lb.iiij.
Sacchari Tabarzet ——— lb.ij.
Fiat ſyrupus.

## ¶ Syrupus de eupathorio. S.Ab. Meſuem.

R Ecipe Radicis apij
Radicis fœniculi.
Endiuię ——— Añ.ʒ.ij.
Liquiricię
Squinanthi
Cuſcutę
Roſarum rubearum
Abſinthij Romani ——— Añ ʒ.xvj.
Capillorum veneris
Bedeguar.

Sucahã
Florum budolſſę aut radicum eius
Seminis aniſi
Seminis fœniculi
Eupatorij——————————— Añ.ʒ.v.
Rhaued Seni
Maſticis——————————— Añ.ʒ.iij.
Spicę nardi
Aſari
Folij——————————— Añ.ʒ.ij.
Coque in aquę.lē.viij.vſque ad terſiã ⁊ cum lac
chari.lē.iiij.fiat ſyrupus cum ſucco apij et Etdiuie quantitate ſufi-
cienti.

¶ Sermo In aqua mellis prim⁹ Modus.S.
Aben Meſuem.

RÉcipe Mellis boni et mundi et proprie cu-
ius eſt color habens mediocritatem:et proprie ſicut color paleę:⁊
quod eſt inter tenue:et ſpiſum:Et quod eſt boni odoris:et modice
acuitatis et quod non eſt antiquum:Et ſit eius.lē.j.⁊ pone ipſum
in vaſe lapideo aut vitreato:⁊ fūde ſuper ipſum aque fontis dulcis
et clare.lē.viij.Et coque ipſum cū facilitate:Et auferatur ſpuma
eius:et non dimittatur ſuper ipſum multiplicari imo quam cito
apparet auferatur deinde coletur Colatorio dēſo de panno Et ſi bi
bitur reſēs oportet vt ſit multe aquoſitatis:ſi autē bibatur antiqui
or oportet vt fiat pinguior ſicut iulep.
Sermo in aqua mellis Secundus modus.Se.
Aben Meſuem

RÉcipe Mellis——————————— lē.j.
Aque fontis Clare et dulcis.lē.viij.Et diſtemperetur cū eis parū
foenigreci proprie ad omnes.lē.c.aque et mellis ſint eius ʒ.iij.Et
includatur in vaſe ligneo ſicut ponitur muſtum ita quod remane
at ex vaſe vacuum ſicut menſura trium digitorum Et illud:Ideo
quia patitur de Ebullitione ſicut muſtū:deinde poſt ebullitionem
eius ſtringatur orifiſium vaſis ſicut ſtringitur vas vini:et bibatur
poſt menſes tres Si autem aromatizare volueris ponantur in vaſe
ſpeſies alefangine ligate in panno.

## ¶ Sermo In aceto ſcilletico. S. Aben: Meſu.

Recipe Ex Laminis Scyllę et proprie que ſunt medie inter corpus et c orticem ipſius quantitatem quã volueris: et conſue eas ſeparatim in filo cũ ſtillo ligneo et dimitte ſiccari in vnbra diebus. xxxx. poſt illud cõminue eas in fruſta cum inſiſſorio ligneo et pone ad omnem librã eius Aceti boni. lb. viij. ⁊ pone in vaſe vitreato ſtricti orificij ⁊ ſtringe caput eius et dimitte in ſole alios. xxxx. dies et poſt illud cola ⁊ adminiſtra vbi oportet Et Si neceſſitas vrget feſtinare. Sepelliatur vas in cineros calidos vel arena calida cũ ſucceſſione nõ repente ſed propue inter horã et horam: Et dixit Paulus lamine Eiꝰ ſicut ſunt ponantur in aceto in principio veris vſque ad finẽ eſtatis in vaſe vitreo ſigillato et ſoli expoſito: et poſt illud aminiſtretur: et ſumatur in potu ex eo omni die ſtomacho Ieiuno Doſis. ℥. j. ⁊. ß.

## ¶ Oximel ſcilleticum. Secu. Aben Meſuem:

Recipe Mellis diſpumati —— lb. iij.
Aceti ſcilletici —————— lb. ij.
Coquantur cum facilitate et diſpumentur et perficiatur decocio eius

## ¶ De Secaniabin puro. Secundum Aben.

Recipe Mellis boni ——— lb. i.
Aceti boni ———— lb. ß.
Aquę fontis clare ———— lb. iiij
Et quandoque exigit diſpoſicio vt addatur ad quãtitatem aceti ſicut te ſire fecimꝰ in capite de ſyrupo acetoſo Et operatio eius eſt vt accipiatur mel et aqua ⁊ abijciatur ſpuma eiꝰ deinde fundatur ſuper illud acetum et decoquantur et nõ dimittatur eleuari et excreſcere ſuper ipſuȝ ſpuma eius imo auferatur omni hora et clareſcat et cum coctum fuerit reconde et eſt doſis eiꝰ. Ab. ℥. j. vſque ad. iij.

## ¶ Robub de Ribes. Secund. Aben Meſu:

Recipe Succi ribes ———— lb. x.
Coquatur cum facilitate vſque dum conſumetur tertia pars ipſius deinde coletur et dimittatur reſidere vſqȝ dum clareſcat deinde coquatur cũ multa facilitate in vaſe vitreato vſqȝ dum habeat ſpiſſitudinem aut exponatur ſoli vſque dum pingueſcat et conſeruetur da cum aqua frigida aut cũ aqua niuis

¶ Rob de agreſta. S. A. M.

¶ Et eius operatio eſt ſicut robub de ribes.

## ¶ Syrupus ſabor Regis Medorū

in practice Joannis Aben Meſuem Capite de mania et Melancolia ſanguinea.

R Ecipe Succi buglosse domeſtice
Succi buglosse ſilueſtris — ana. lib. ij.
Succi pomoꝝ dulciū — lib. iij.
Foliculorum Sene — ℥. iiij.
Croci — ʒ. ij.
Sacchari tabarzet — lib. iij.

Fit autem Sic ſene proiiciatur inſuccis per diē et noctem poſt con tricionem eius: deinde bulliant Ebullitione vna aut duabus dein de Cum ſaccharo fiat ſyrupus: Crocus autem ponatur in ligatu ra Dum ſyrupus decoquatur confricando.

## ¶ Syrupus capillorum veneris

Simplicis Secundum vſum.

R Ecipe capilloꝝ veneris recentium. ℥. vj.
Aque fontis — lib. iiij.
Sacchari albi — lib. iij.

Miſceantur ſecundum artem et fiat ſyrupus Clarificatus.

## ¶ Syrupus Capillorum veneris, S. Arnaldū

R Ecipe Capillorum veneris
Ceterach
Polytrici
Adiantos oīm recentium Anā. m. ſ.
Lingue ceruine
Epatice
Endiuie
Scariole non lotarum — Anā. M. ſ.
Prunorum — Numero. x.

Iuiubarum
Sebeſten——— Añ. Numero. xv.
Liquiritię raſę ——— ℥. ij.
Seminis melonum
Seminis cucumeris
Seminis cucurbite
Seminis citrulli
Florum violarum——— Añ. ℥. j.
Sacchari albi——— lb. ij.
Fiat ſyrupus.

¶ Oxiſacchara ſimplex. S. Arnaldum.

Recipe Sacchari albi ——— lb. j.
Succi maloꝝ granato. acetoſoꝝ. ℥. viij.
Aceti albi ——— ℥. iiij.
Ponatur in ſtagnato vaſe ſuper ignem lentum et bulliat diſpumando fiat ſyrupus.

¶ Oxiſacchara Compoſita. S. Arnaldum.

Recipe Radicis fœniculi
Radicis petro
Radicis bruſci
Radicis ſparagi
Radicis graminis
Eſcariolę
Endiuię
Violarię
Epaticę
Politrici
Seterach
Scolopendrię
Capillorum veneris——— Añ. M. j. ⁊ ß.
Florum violarum——— ℥. iij.

Seminis melonum
Seminis cucumeris
Seminis cucurbitę
Seminis citrulli
Seminis ſcariolę
Seminis lactucę
Seminis portulacę
Seminis bruſci
Seminis ſparagi ——— Añ. ℥.j.⁊.ß.
Aqua fontis Quantum ſufficit
Sacchari ——— ℔.viij.

Infundantur Radices per tres dies in vino malorum Granatorum quarto autem die adde tantundem de aqua fontis clare Et fac bullire tunc impone cetera ſucceſiue et fiat ſyrupus.

¶ Oximel Compoſitum. S. Arnaldum Et dicitur oximel diureticum.

REcipe Corticis radicis apij
Radicis fœniculi
Radicis bruſci
Radicis petroſellini ——— Añ. ℥.ij.
Radicis raphani acuti ℥.j.⁊.ß.
Aceti albi antiqui boni ——— ℔.x.
Aquę fontis dulcis ——— ℔.xx.

Terantur Radices et proijciantur ſuper eas: acetum et aquam et maneat die ac nocte deinde coquãtur: donec pars tertia conſumatur: poſt coletur et proijciãtur ſuper ipſum medietas eius ex melle et Coquantur cum facilitate.

¶ Syrupus Myrtinus. S. Arnaldum

REcipe Myrtillorum ——— ℥.j.
Roſarum rubearum
Sumach
Acatie

Hipoquiſtidos
Balauſtiorum
Spodij
Pſidię | Añ. ʒ. ß
Sorbarum immaturarum
Cornularum | Añ. Numero. x.
Meſpilorum viridium | Numero. v.
Liquiricię raſę
Tragacanthi
Gummi Arabici | Añ. ʒ. ß.
Saccari | lb. j.

Terenda terantur: ac bulliant in aqua pluuiali vel roſarum quātitatis ſufficientis quouſque redeat ad. lb. j. Et depoſitum ab igne coletur. Et addita dicta. lb. j. ſacchari cum albuminibus ouorum clarificetur: et fiat ſyrupus.

## Syrupus Cydoniorum. S. Arnaldum.

Recipe Succi cydoniorum
Sacchari albi | Añ. lb. j.

Conficiatur ſic accipe cydonia acetoſa cum queris retentionem atq̃ infrigidationē in plus: vel dulcia cū queris confortationē ac calefactionē in plus: bene matura plana magna aromatica: abſq̃ cabefactione: Et abbluantur cum aqua tepida ac abſtergantur panno lineo: et incindatur cum cultello mūdo fruſtatim: et mundata a granis et a cauernulis terātur in mortario ligneo vel lapideo et extrahatur ſuccus colando qui reſideat horis ſex poſt colatus ſuauiter bulliat vnica ebullitiōe lente diſpumādo: depoſitus ſtet per noctem et mane fiat ſyrupus cū dicto ſaccharo in olla vitreata lente ſuper prunas agitando cum ſpatula lignea aromatica ac diſpumando et reſeruetur.

## Syrupus de Acoro: S. Gentilem Cōſilio tertio de egritudinibus neruorum.

Recipe Radicis Acori | ʒ. ij.
Florum ſthecados Arabici
Radicis foeniculi
Radicis petroſelini
Hyſſopi cum toto
Uuarum paſſarum mundatarū. | Añ. ʒ. j.

Saluię domeſtice
Bethonicę
Origani — Añ. M. j.
Seminis aniſi
Seminis foeniculi
Alari — Añ. ʒ. ij.
Aque fontis quantum ſufficit
Mellis — lb. j.
Miſce et fiat ſyrupus.

Syrupus de Endiuia compo. S. Adzarauium in ſuo libro particula .cxxviij.

Recipe Endiuię
Scariolę — Aña. lb. j. z. ß.
Hepaticę
Radicis foeniculi
Radicis graminis
Capillorum veneris — Añ. ʒ. x.
Lingue ſeruinę
Florum nenuffaris
Florum roſarũ
Lentiginis aquę
Seminis apij — Añ. ʒ. ij.
Florum violarum
Florum bugloſſę
Liquiricię raſę
Seminis melonum
Seminis cucumeris
Seminis Cucurbitę
Seminis citrulli
Sandali albi
Sandali rubei
Uini pomorum — Añ. ʒ. ß.

Vini granatorum ——————— Añ. ℥. iiij.
Aceti albi ——————— ℥. v.
Aque fontis quantum ſufficit
Sacchari Tabarzet ——————— lb. viij.
Miſce et fiat ſyrupus.

¶ Syrupus de bugloſſa cōpoſit' Abenzoare.

Recipe Corticis Radicis bugloſſe . ℥. iiij.
Seminis Cuſcute
Florum violarum
Florum roſarum rubearum
Succi menthe
Ozimi regalis
Ozimi garyophyllati ——————— Añ. ℥. ß.
Aque fontis ——————— lb. x.
Vini malorum granatorum acetoſorum
Aque ſorbarum viridium ——————— Añ. ℥. ß.
Mellis ——————— lb. iij.
Omnia coquantur in predicta aqua ad conſumptionem duarum partium poſtea miſceantur ſucci et mel Et fiat ſyrupus: Tandē ponantur in ligatura cum panno raro puluerum harum rerum.

Maſticis
Garyophyllorum
Ligni aloes
Cardamomi
Nucis muſchate
Croci ——————— Añ. ℥. ß.
Et perficiatur eius decoccio.

¶ Syrupus de bugloſſa ſimplicis. S. viam.

Recipe Aque bugloſſe ——————— lb. iij.
Sacchari Tabarzet ——————— lb. ij.
Miſce et fiat Julep.

¶ Syrupus de Iua arthretica: Se. Nicolaum florentinum in libro tertio Capitulo de paraly.i.

R Ecipe Iuę arthreticę —— M. ij.
Saluię
Maiorane
Polij
Roris marini
Origani
Calaminthes
Mentaſtri
Pulegij
Rute domeſticę
Rute ſylueſtris
Hyſſopi
Betonicę
Thimi
Serpilli —————————— Ana M. j.
Radicis acori
Ariſtolochię longę
Ariſtolochię rotundę
Peucedani
Valleriane
Bryonię
Gentianę
Dictamni —————————— Ana. ʒ. ß.
Radicis fœniculi
Radicis petro ſelini
Radicis apij
Radicis ſparagi
Radicis brusci —————————— Ana. ʒ. j.
Sthecados Arabici
Seminis aniſi
Seminis fœniculi

Semininis liguſtici
Seminis ammios
Seminis Carui
Seminis ſileris montani ——— Añ. ℥. iij.
Pirethri ——— ʒ. j. et. ß.
Uuarum paſſarum ——— ʒ. ij.
Aquę fontis
Mellis boni ——— Añ. q̃. s.

Miſce et fiat ſyrupus Et aromatizetur cum ſequentibus.

Cinnamomi
Cubebarum ——— Añ. q̃. s.
Ponantur in ligatura cum panno raro

¶ Syrupus de arthemiſia. S. Nicolaum florẽtinum libro ſexto capite de retentione meſtruorum.

Recipe Arthemiſię ——— M. iij.
Pulegij
Calaminthes
Mentaſtri
Origani
Melliſſę
Perſicarię
Sauinę
Samſuchi
Chamedryos
Perforatę
Chamepiteos
Matricarię cũ florę
Centaurę minoris
Rutę ——— Añ. M. j.
Betonicę

Radicis fœniculi
Radicis apii
Radicis petroſelini
Radicis ſparagi
Radicis bruci
Radicis ſaxifragię
Radicis Enulę
Radicis dictamni
Cyperi
Rubeę tinctorum
Ireos
Peonię———————————— Añ. ʒ. ſ.
Seminis Iuniperi
Seminis liguſtici
Seminis petroſelini
Seminis aniſi
Seminis nigellę
Seminis balſami
Coſti
Aſari
Seminis apij
Pyrethri
Caſſię ligneę
Cordumeni
Calami aromatici
Phu———————————— Añ. ʒ. ſ.
Aqua pluuialis
Mellis ———————————— Añ. ℔. ſ.

Cōquaſſentur et infundantur in dicta aqua per diem naturalem poſtea decoquantur uſque ad medietatis aque conſumptionē tunc deponatur ab igne et dimittantur donec aqua tepuerit: tunc manibus in ipſa aqua poſitis friſcentur poſtea colentur et in colatura ponatur mel et fiat ſyrupus.

¶ Syrupus de ſcolopendria. S. Dominū doctorem de Tuſignana in capite de ictericia.

R Ecipe Scolopendrie
Lingue ſeruine
Endiuie
Epatice
Abſinthij
Licorece ——————— Añ. M. ß.
Cuſcute
Seminis melonum
Seminis cucumeris
Seminis cucurbite
Seminis Citruli
Florum borraginis
Florum bugloſſe ——————— Añ. M. j.
Capillorum veneris
Radicis feniculi
Radicis petroſelini
Radicis bruci ——————— M. ß.
Aqua fontis ——————— q. s.
